

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7547

Auteur(s) : Dreu, Saint-Sever-Calvados, Notre-Dame et Saint-Sever (abbé)

Bénéficiaire(s) : Richard, fils de Jean d'Écajeul [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1209

Lieu d'émission : Falaise

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Inféodation de terres faite par l'abbé Dreu et les moines de Saint-Sever à Richard, fils de Jean, d'Écajeul.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Recueil des jugements de l'échiquier de Normandie au XIII^e siècle (1207-1270)*, suivi d'un mémoire sur les anciennes collections de ces jugements, Paris, Imprimerie impériale, 1864, p. 12-13, n. 2.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, ego Droco dictus abbas Sancti Severi et totus ejusdem loci conventus humilis, salutem, etc. Noverit universitas vestra quod ego Droco abbas Sancti Severi et totus ejusdem loci conventus concessimus et recognovimus Ricardo filio Johannis d'Escajoleyo et heredibus suis medietatem totius terre et omnium que habebamus apud Ranvillam, scilicet in decimis et terris et omnibus aliis rebus, excepta advocatione ejusdem ville, unde recepimus homagium suum. Hec sunt partes predicti Ricardi: mansura in qua domus sue sunt site et furnum suum ; tota terra de hogua [de] Longuevilla, excepta medietate decime illius hogue ; tota terra de hogua de Ranvilla, excepta medietate decime illius hogue ; tota terra de Follia ; tota terra de Curtis Petiis ; tota terra quam tenet Ranulphus Anglicus pro duobus sextariis frumenti ; campus septem virgatarum et una virgata et dimidia supra viam de hogua ; medietas culture de Herumteyo versus Sanctam Honorinam ; medietas culture du Pommeret versus Ranvillam ; medietas campi ad Fossam Draconis versus Longavillam ; medietas campi de Viis Furcatis versus Sanctam Honorinam ; medietas virgate et dimidie versus Vias Furc[at]as versus hoguam ; medietas campi Morin versus Longueval ; medietas culture de Lescarde subtus viam ad Vias Furc[at]as, ad Lapidem versus Longueval ; medietas campi de Chiemoy versus Ranvillam ; medietas culture de Cruce versus Ranvillam ; medietas campi de la Ruette juxta culturam de Cruce versus Ranvillam ; medietas campi de Trunco versus Ranvillam ; medietas campi de Londa versus Ougnam ; medietas campi de Hosme versus Ranvillam ; medietas culture de super Longuevillam versus Lescarde ; medietas de maresco, de molendinis, de feodo Sancti Severi ; medietas pratorum de la Corvee versus Longueval ; medietas pratelli de Homme versus le Doit. Hii sunt homines predicti Ricardi: Bernardus Charite cum tenemento suo ; Osulphus Fabri cum tenemento suo ; Willelmus filius Radulphi cum tenemento suo ; Willelmus Porchard cum tenemento suo et cum suis participibus ; Radulphus le Machon cum tenemento suo ; Radulphus filius Petronille cum tenemento suo ; Willelmus Costentin cum tenemento suo ; Galterus Pinjurent cum tenemento suo ; Willelmus Ricard cum tenemento suo ; Guillelmus Angot ; Herulphus Perchart cum tenemento suo ; Radulphus de Monte cum tenemento suo ; Jordanus de Bavent cum tenemento suo ; Willelmus Parvus cum tenemento suo ; Johannes Fortin cum

tenemento suo ; et omne maritagium uxoris Willelmi de Bavent de Ranville de feodo nostro. Et pro prescripto tenemento dedit nobis prenominatus Ricardus d'Escagol viginti et octo modios bladi. Et nos [ipsi Ricardo] et heredibus suis debemus garantizare predictum feodum contra omnes homines. Hanc prescriptam terram predictus Ricardus d'Escagol et heredes sui tenebunt de me abbate et successoribus meis et de conventu Sancti Severi in feodo et hereditate, libere, pacifice et quiete et absolute ab omnibus rebus domui Sancti Severi pertinentibus pro tribus sextariis frumenti et tribus sextariis ordei, quos idem Ricardus d'Escagol annuatim reddet domui Sancti Severi inter mensem augusti et natale Domini, ad mensuram ejusdem ville et in eadem villa. Et ut hoc ratum et inconcussum permaneat in posterum, ego dictus abbas Sancti Severi et totus ejusdem loci conventus sigillorum nostrorum munimine presentem cartam dignum duximus roborare. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini M ° CC° nono, coram justiciariis domini regis ad karcarium [?] pro tribunali sedentibus apud Fallaysiam.